

Roberto di Melfi

XXVII 112

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Roberto di Melfi

XXVII 112

1151-03

Anno domini Dei eterni et salvatoris nostri Ihesu Cristi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo primo. Et vicesimo primo anno domini nostri Rogerii Sicilie et Italie gloriosissimi regis. Mense martio quartadecima indictione.

Ante me Petrum iudicem Robbertus castellanus castelli Melfie coniunctus est cum Ademario et Mansone germanis filii quondam Maurus qui dictus est da lu Ballone. Et per ipsum Robbertum ostensa est una carta que scripta est per Iohannem notarium et advocatum anno suprascripte dominice incarnatione millesimo centesimo quadragesimo primo. Et undecimo anno regni suprascripti domini nostri regis. Mense octubris quinta indictione. Qualiter ante Iohannem iudicem Malfridus olim socer ipsius Robberti coniunctus fuerat cum ipso Robberto genero suo. Et sicut Malfrido congruum fuerat pro convenientiam pro ipsam cartam inter aliud quidem ipse Malfridus pro ipsam cartam tradiderat ipsi Robberto genero suo tradiderat eidem Robberto integram tertiam partem de omnibus terris cum castaneto et vacuo ipsi Maldfrido quolibet modo pertinentibus foris hanc civita in locis ubi Faybanu et Rosola dicitur et per fines et vocabula et pertinentie ipsorum locorum. Cum omnibus que intra ipsam traditionem erant cunctis suis pertinentiis et cum vice de viis suis. Et cum similis portione de munimibus ex ipsa traditione continentibus. Ea videlicet ratione ut integra ipsa traditione semper esset in potestate ipsius Robberti et heredes eius. Et ipse Robbertus et eius heredes licentiam haberent de eadem traditione facere quod vellent sicut ipsa carta continet in quam ipse Iohannes iudex subscripsus est. Cum autem ipsa carta ostensa fuit sicut ipsi Robberto congruum fuit

... per contra per hanc cartam vendidit ipsis germanis integram ipsam tertiam partem de omnibus supracriptis terris cum castaneto et vacuo de predictis locis Faybanu et Rosola quam suprascriptus Malfridus eidem Robberto per ipsam cartam tradiderat. Cum omnibus que intra ipsam venditionem sunt. Cunctisque suis pertinentiis et cum vice de viis suis et cum similis portione de munimibus ex ipsa venditione continentibus. Ea videlicet ratione ut integra ipsa venditio qualiter supra legitur semper sit in potestate ipsorum germanorum et heredum illorum. Et ipsi germani et eorum heredes licentiam habeant de eadem venditione facere quod voluerint. Et pro ... confirmationem istius venditionis ipse Robbertus dixit se suscepisse ab ipsis germanis statutum pretium videlicet unam uncia auri tarenorum saracene monete quod dicuntur de luconate. In omni deliberatione et per convenientiam ipse Robbertus guadiam ipsis germanis dedit et fideiussores eis posuit semet ipsum. Et Bartholomeum et Raynaldum castellanos castelli Turris Maioris et per ipsam guadiam ipse Robbertus obligavit se et suos heredes semper defendere ipsis germanis et eorum heredibus integram ipsam venditionem qualiter super legitur ab omnibus hominibus. Et tribuit eis licentiam ut quando ipsi germani et eorum heredes voluerint potestatem habeant ipsam venditionem qualiter super legitur per se defendere qualiter voluerint. Cum omnibus munimibus et rationibus quas de ea ostenderint. Et sicut superius scriptum est ipse Robbertus et eius heredes non adimplerint et suprascripta vel ex eis quicquam remove aut contradicere presumpserint per ipsam guadiam ipse Robbertus obligavit se et suos heredes componere ipsis germanis et eorum heredibus

decem auri soldi regales. Et sicut suprascriptum est
adimplere.

Et traditur tibi suprascripto Iohanni notario et advocato
scriber precepi. # Ego qui Petrus iudex